

2158.

1318 d. 1 Aug.

Stockholm.

Hertiginnorna INGEBORG återställa till Linköpings domkyrka nämnde gård Lena, återtagande några gods på Wisingsö och i Grenna, som varit lemnade i utbyte; samt skänka domkyrkan äfven dessa gods, såsom ersättning för Biskopens och domkyrkans åt Hertiginnorna lemnade bistånd.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl. \*).

Omnibus presentes litteras inspecturis JNGIBURGIS et JNGIBURGIS de j gracia ducisse sweorum relicte dominorum .E[rici] et .W[aldemari] quondam ducum ibidem, salutem in domino sempiternam Cum creatura non habeat quid pro meritis respondeat creatori, sollicite tamen precauendum est, ne filios hominum ingratitude reos constituat, quos suis graciis preuenire et prosequi nunquam cessat, Tenore igitur presencium ad noticiam venire volumus singulorum quod Nos curiam lænæ, ecclesie lyncopensi, quam minus iuste amiserat, cum omnibus suis attinenciis restituimus et ob hoc predia quedam in wisinxø et grænnum sita, que eidem ecclesie permutacionis nomine pro lænæ, assignata fuerant, ad nos sunt pleno iure deuoluta Nos tamen attendentes dampna quam plurima. que dominus episcopus lyncopensis et ecclesia sua incurrerant isto anno, racione sui fidelis seruicii nobis inpensi et in recompensacionem dampnorum ipsi et ecclesie sue illatorum bona supradicta de consilio et consensu dilectorum consiliariorum nostrorum dominorum, Mathie kætilmundæson Birgeri pætærson Bøo niclasson, et thyrkilli andrisson, ecclesie lyncopensi conferimus iure perpetuo possidenda, Ad premissorum igitur euidenciam firmiorem sigilla nostra yna cum sigillis, dilectorum consiliariorum nostrorum predictorum presentibus sunt appensa Datum stokholmis, Anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XVIII<sup>o</sup> Jn festo sancti petri apostoli quod dicitur aduincula.

Sigillen N. 1, 2, 4 skadade; N. 3, 5 borta, remsorna qvar.

2159.

1318 d. 7 Aug.

Stockholm.

Hertiginnorna INGEBORG stadsfästa de privilegier och friheter, som de afledne Hertigarne Erik och Waldemar meddelat åt Wårfruberga kloster.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presens scriptum cernentibus,, JNGIBURGHIS et JNGIBURGHIS dei gracia ducisse sweorum,, Salutem jn domino sempiternam,, Nouerint yniuersi,

\*) Ett annat originalbref finnes i Kongl. Samlingen, lika lydande, endast med den skillnad, att orden: "et grænnum" der saknas. Af sigillen, som på detta bref varit 6, finnas N. 1—3, 5, något skadade, i behåll; N. 4, 6 borta, remsorna qvar.